De peticione prolocutorum Capitulum lxxxxviii

Quem vir paduocato rogaverit tunc suam causam tenere oportet nisi se excusaverit cum pena etc.

De suppellectili feminarum Capitulum lxxxxix

Quando vir moritur tunc uxori sue debent presentari cives et suppellectilia et ubi erunt collatie et qui habet vela tertine cum alie parte que ad suppellectilia pertinent

De iuramento incolatus Capitulum lxxxxx

Nemo potest nec per homagio nec pro vulneribus nec pro aliquo debito suo iuramento probare incolatum etc.

De tutoribus pupillorum Capitulum C

Quando pupilli sive veterum tutorem habere non possunt quoniam ipsos nullus ad aliquam responsionem iudicialem potest deducere nisi primo ad annos pervenerint pubertatis etc.

Si vir super alterum conqueritur quod sibi abdistraxerit aliquid de suis bonis aut de hereditate hoc ille possibilius obtinet qui est in possessione nisi ipsum cum testimonio aliorum fuerit extimere possessor cum testibus servat si voluerit

De iuramento pro enormibus verbis Capitulum Ci

Ubi vir promiserit iuramentum coram iudicio pro enormibus verbis aut de plagis aut vulneribus aut effusione sanguinis de quo solus dimitti non potest nisi voluntas fuerit iudicis et lesi

De civibus Merseburiensis Capitulum Cii

Quoniam cives Merseburienses veram actionem seu responsionem tenuerint et se coram suo domino prepositore ac burgravio ac sculteto ad iusticiam se exhibuerint nemo eos extra civitatem vel extra civitatem sub ... agere in iudicio alieno vel alio iure occupare seu contra eos etc.

De impedimento coram iudicio Capitulum Ciii

Nullus alterum impedire debet in iudicio postquam iudicium bannitum fuerit cum iniuriis talibus impedimentis quibus ipsum impedire possunt in sua querela sicut clamare aut turpiloquiis aut rixis insolentibus. Si hoc contra iusticiam fecerit et si paciens ipsum prestabitur cum iudice et scabinis et suam emendam et iudex acquirit suam penam. Si contra acquirerit in iudicio castellani tunc tria talenta demetur et iudicio octo solidos. Et ubi non sua emenda agat ibi obtinet in suam penam etc.

De sculteto si aliquem impedierit in querela Capitulum Ciiii

Nunc attendatis de sculteto. Si scultetus impedierit aliquem in sua querela et sibi iusticiam non fecerit